

1748.

1. Achenwall, Gottfried: *De transita et admissione
legati ex pacto repetendis.*
2. Achenwall, Gottfried: *De notitia rerum publicarum
academicae vindicata*
3. Myerus, Georgius Heus: *De testamento minus solemnis
coram uno teste nuncupati probatōne iuris iurando
hereditis supplenda.*
4. Myerus, Georg Hearius: *An hosti licet hostis cives-
at rebellionem vel seditionem sollicitare?*
5. Myerus, Ge. Hearius: *De magno magistorio Equitū
ordinis Auri Vettoris Burghaus-Austriæ feminino
- masculino*
6. Myerus, Georgius Hearius: *De testamento minus
solemnis coram uno teste nuncupati probatōne
iuris iurando hereditis supplenda.*



7. Agryus, Georg Heurius : De legitima parentum
partis totalibus exclusa

12.

8. Agryus, Georg Heur., bsd. iuris Doctor : ad Legis.
mundi. Johannis von der Hude . . . lectiones & ac
Dissertationem in aug. invitata simulque : Dr. pro
Duellione sceliosorum quaedam praefatur.

13.

9. Agryus, Georg Heurius : De rescripto legitima-
tione principis plenissimum effectum tribuente,
legitimi licet libri extant.

14.

10. Agryus, Georg Heur. : Joh. Friederici) autor. Linke . . .
solemnia inaugurations indicis simulque commentatio-
nem : De pondellatione sceliosorum claudit.

15.

11. Agryus, Georg Heurius : Dr. differentiis iuris
Romani et Germanici cum primis Antecessoris

in conforman^{is} Tutoribus

12. Ayres, Georg Henr., Ord. iuris. decanus: et Christian.
Fiducia Schumacheri . . . solemnia inauguralia
invitatis ac: v. perduellione seditionum ammen-
tari perficit.
13. Brechner, Georgius Ludorius, Ord. iuris. decanus:
ad Iacobi Falci Surland et Iacobi Martin. Rup.
per lectiones et dissertationes inaugurales habendas
invitat paucis praefatis: No fendi communis Noridine
14. Bachmerus, G. Ludorius: De iuribus et obliga-
tioribus enigis superstis ex commissione bono.
rum universali
15. Bachmerus, G. Ludorius: De delictis intra
territorium admissis.



16. Meister, Ch. L. S. Georgius : *In factum actiones*
17. Meisterus, Ch. L. S. Georgius : *De jure, quod ex
dilectis personarum illustrium obtinet.*
18^a. Puetter, Joannes Stephanus : *De necessario in arabi-
niis tractanda rei judicariac imperii scientia*
18^b. Puetterus, Joannes Stephanus : *De necessaria in rebus
niis rei judicariac imperii sigillatim iuris
ac processus amborum supremorum imperii tribuno-
rum cultura 81.2.1749*
19. Seip, Antonius Lectorius : *De jure occupandi.
ex uris defunctorum, sigillatum ex utraque
privilegio Hadensi.*
20. Surland, Joannes Julius : *De jure commerciorum in
bello.*



1. Wahl, Dr. Lied. Ord. ius. praeclarus: ad Theodo-
rum Franciscum Wilt. Grusenborgii. . . lectionem
et Dissertationem in ang. invitat et: De permissione
ne pacto Diplomatico ad formam legis communi-
cire vallata commentatur.

81

2. Mählis, Dr. Friedricus: De servitutibus melle-
tematice Tercio.


3. Wedekindus, Paulinus: De obligatione ciuium
erga principem tyrannum.

4. Willmer, Dissertatio - Defect -

5. Wulff, Iwan Petrus: De opinata remittione
liberti sine acceptatione et insinuatione judiciale
validitate.



8,1



1748, 18a
18

DE
NECESSARIO
IN
ACADEMIIS TRACTANDA
REI IUDICIARIAE IMPERII
SCIENTIA

P. 103.
QVAEDAM PRAEFATVS
AVSPICIA
PROFESSIONIS IVRIVM EXTRAORDINARIAE


HORA XI. D. XIII. IAN. CCCCCXXXVIII.

ORATIONE IN AVGVRALI
CAPIENDA
INDICIT

IOANNES STEPHANVS PÜTTER
L. V. L. ET P. P.



GOETTINGAE
APVD A. VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.



* * * * *

C O N S P E C T U S

C O M M E N T A T I V N C V L A E.

PROOEMIO confecti itineris Wetzlaria - Ratisbonna - Vien-
nensis; delati simul professoris officii; et instituti huius
argumenti ratio narratur.

D E I N

- I.) generatim agitur de necessitate et utilitate disciplinarum
in academiis tractandarum (§. 1.) in primis respectu ICto-
rum (§. 2.);
- II.) An rem imperii iudicariam scire ICto necessarium sit? in-
quiritur; speciatim vero et separatim agitur
 - 1.) de processu imperii; vbi docetur
 - A.) origo et indoles huius scientiae (§. 3.);
 - B.) non tantum camerae sed et aliis Germaniae iudiciis eum
quadrare (§. 4.); Nam
 - a.) status imperii generatim in suis prouinciis proces-
sum imperii quasi exemplar sibi proponere solebant
(§. 5.) maxime quum instituerent iudicia prouincia-
rum eulica (§. 6.), quorum ordinationes legibus
imperii et ordinationi camerali maximopere con-
ueniunt (§. 6. 1.), saepe ab ipsis camerali iuri ad-

CONSPECTVS COMMENTATIVNCVLAE.

- suetis viris conditae, veluti Brunsuicensis 1559. a Mynsingero alessore antea camerali (§. 6. II.); alioquin etiam generatim conuenientes cum summis trib., veluti Saxonicae curiae prouinciales aliaeque (§. 6. III.);
b.) ipsis imp. legibus sancitum, vt processus prouinciarum Germaniae conuenire curaretur processui imperii (§. 7.);
c.) quoties noua imp. lege emendabatur processus, eamdem correctionem suis prouinciis adhibere sollebat proceres (§. 8.), quod exemplo Moguntiacae ordinationis Recessui imp. 1654. plane adcommodatae illustratur (§. 8. I.);
d.) Surrogata iudiciis imperii quaedam appellationum tribunalia illis potissimum adaequata sunt (§. 9.);
C.) Hinc nullius Germ. prouinciae processum sine processu imperii intelligi posse, adeoque hunc cuius necessarium, euincitur (§. 10.); simulque duplci occurritur obiectioni: a.) quasi inutile sit in academiis praxeos studium (§. 10. I. II.) b.) quasi singulari disciplina tractari processum imperii haud opus sit (§. 10. III. IV. V.)
2.) Sigillatim necessitas tradendi in academiis iura et praxi virtusque summi tribunalis in specie probatur, dum
A.) specialis huius doctrinae origo et indeoles expicatur (§. 11.) nimirum sigillatim tum iuris cameralis (§. 12.), tum praxeos consilii imp. aul, (§. 13.), tum coniungen-

di



CONSPECTVS COMMENTATIVNCVLAE.

di proinde studii processus imperii et iurium ac praeceos
summorum tribunalium (§. 14.);

B.) adlati, quae obliici solent, (§. 15.) contra ostenditur:

a.) studium hoc esse partem eximiam iuris publici
(§. 16.), quippe cuius alia theoria, alia praxis
(§. 16. I.) aliaque haec negotiorum status, alia rei
iudicariae (§. 16. II.); praecipua vero capita in
hac disciplina occurruunt (§. 16. III.); quae proin-
de cuius ICto necessaria (§. 17.);

b.) idem hoc studium inseruire cuius ICto, cuius-
cumque demum patriae, ordinis et vitae generis sit
(§. 18.) Licit enim ignobile sit, se vniuersitate ge-
neri iam in academiis praedestinare (§. 19.); aut
suae soli se patriae natum credere (§. 20.); tamen
vnicuique hoc studium inseruire demonstrari potest
(§. 21.) vcluti

2.) quod ad vitae genüs attinet, iis a.) quibus in
ipsis summis trib. siue perpetuo (§. 22.) siue
aliquamdiu degere contingit (§. 23.), b.) extra
summa tribunalia iis, a. qui sunt in comitiis
(§. 24.), b.) aut statui cuidam imp. a consiliis
(§. 25.); c.) aut in ciuitate imperiali, aut
d.) sub nobilitate immediata (§. 26.); aut e.)
in academiis (§. 27.); aut f.) qui munere ca-
rentes consulendo aduocandone aliis inseruiunt
(§. 28.), aut g.) demum cuicunque ICto va-

CONSPECTVS COMMENTATIVNCVLAE.

riis impropositis casibus, e. g. in iudiciis vicariatis, in visitatione camerale, in commissione vel subdelegatione, in variis controversiis illustribus (§. 29.) ; praeterea etiam eatenus cuicunque, quum optimam ad dignitates aspirandi occasionem praebeat (§. 30.) ;

B.) respectu patriae licet vni forte maior ac certior vius quam alteri esse queat, inutile tamen nemini hoc studium esse §. 31.)

C.) respectu ordinis maxime illud necessarium esse a.) principibus, comitibus, b.) nobilibus tum immediatis (§. 32.) tum aliis quibuscumque (§. 33.)

c.) hinc cuius praxin summorum tribunalium scire omnino necessarium esse conficitur (§. 34.) ; immo

d.) saluti publicae interesse, docetur, haec studia magis tractari, ne malis consiliis dissoluatur imperii compages; id quod vterius disquirendum orationi referuatur (§. 35.)

e.) Nec quo minus in academiis tractandae sint haec disciplinae, impedire iter ad ipsa tribunalia instituendum (§. 36.) ; quod utilissimum quidem (§. 37.) ; non tamen, si quis nulla praeceos imperii scientia praeparatus eo veniat (§. 38.) ; sed tunc demum, si quis elementis harum rerum iam imbutus ibi tantum ad sublimiora tendit (§. 39.)

TANDEM ex omnibus hisce: omni modo in academiis necessario praxin imperii tradendarum esse colligitur (§. 40.) et additur denique prænunciatio futurorum laborum (§. 41.), atque invitatio ad orationem inauguralement (§. 42.)

PROOE.





PRO E M I V M.

MARIBVRGI, in celebri illa Cattorum Academia, prae-eunte illustri, quem, dum viuam, gratissima, qua decet, mente venerabor, IOANNE GEORGIO ESTORE, priuato quidem, sed hanc infelici ausu dimidia iam lustri parte docueram preelectionibus academicis historiae patriae, iurisque & naturae & Germanici & Romani, scientiae demum iuris pragmaticae elementa; feceram prae-terea varium laboris iudicarii tum in supremis imperii, tum in Hassiae iudiciis periculum, &, dum inaeſt inabili pariter illustris, quem honoris cauſa nomino, procancellarii, IOANNIS ADAMI KOPPI patrocinio, ac dulcissimo alio-rum fauore et amicitia ſimul fruebar, optime forte mea contentus degebam, quum contingeret mihi, vt, quod diu optaueram, apud summa ambo imperii tribunalia atque vniuersalia eius comitia commorari aliquamdiu possem, quumque ſimul continuandis in poſterum in alma hacce GEORGIA AVGUSTA laboribus academicis gratiosiflffe destinarer.

Suscepit itaque hoc confilio, vt, quidquid Ger-mano cuius iurium cultori vero vſui fit, & quid in ipſis rerum argumentis obtineat, iam praefens cerne-re, atque vltterius aliquando docendo discere possem, iter WETZLARIAM, RATISBONAM, VIENNAM de-nique, vbi quoquis loco tot inueni tantosque Maece-nates, patronos ac fautores, vt nec laudibus, nec gratis fat depradicare omnes eos possem, quorum vbiique be-neuolis auspiciis ac gratiosa ope longe sperato prosperi-us processit ſucepta itineris mei instituti ratio.

A

Con-

Confeci tandem integro vnius anni tempore, quod,
dum vita fruar, fructuosum sentiam, iucundissimum re-
cordabor, iter. Iamque, quum, quo intendi, peruererim,
quum GOETTINGAM, inquam, celeberrimam illam Musa-
rum sedem, finem conatuum meorum, tetigerim, quum-
que munus professoris iuris extraordinarii summa AVGVS-
TISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS gratia mihi delatum nunc
fusciplientem me ipsa officii ratio iubeat, publice, quae
nam futura sint, almae huic academiae, suauissimisque
commilitonibus, spei patriae, dicanda studia mea, praefi-
gnificare; nihil conuenientius credidi, quam vt ante
*omnia de necessitate tractandi in academiis SCIENTIAM REI IV-
DICARIAE IMPERII, i.e. tum processum imperii vniuersum,
tum iura & praxin amborum supremorum imperii tribu-
nialium in specie, certiores reddam ornatisimos commili-
tones, vt, qui quantulacunque opera mea et institutio-
ne hac in re vti in animum inducent, cui vsui ista sibi futu-
ra, ipsis diiudicare queant.*

Age igitur tractabo ea mente haud inutile illud
argumentum, dignum iam antea visum binis, quos
Germania ICTORUM decus habet, ego patronos veneror,
viris, perillustri HENRICO CHRISTIANO SENCKENBERG, at-
que illustri ESTORI, quod exponeretur & commendaretur,
ab hoc singulari quodam opusculo: *von der Nothwendigkeit
die Reichs-Gerichts-Praxis auf Universitaeten zu lehren*, Ienae
1735. 4. edito, ab illo in programmata de ordine colle-
giorum iuris theoreticorum & practicorum, bisque innelendo
summorum imperii dicasteriorum processu, quod itidem in
alma nostra Georgia Augusta olim munus publici pro-
fessoris fuscipliens 1735. edidit vir perillustris.

Agam vero

I. GE-

I.
GENERATIM
DE NECESSITATE ET UTILITATE
DISCIPLINARVM IN ACADEMIIS
TRACTANDARVM,
IN PRIMIS RESPECTIV
ICTORUM.

Quemadmodum, in academiis tradi disciplinas bonarum artium cultoribus necessarias, necessitas iubet; praeterea ut viles quoque, & quo vtiliores quidem, eo magis ibi tractentur, consiliis ratio suadet; ita viles quidem multifariam esse possunt, quae vel alii melius intelligendis inseruiunt, vel singularem iucunditatem, decusque simul eas scienti adferunt, doctrinae, necessario autem, me iudice, in academiis tradenda sunt elementa omnium earum scientiarum, sine quibus cuiuscumque generis studiosi pro suo cuiusque proposito, fato ac naturae dono non poterunt olim aliquando quocumque denum vitae gente, officiue varietate fungi, ut par est emolumen-
to salutis publicae.

A 2

§. 2

§. 2.

Speciatim
respectu
ICtorum.

Enim uero speciatim quod ad iurisprudentiae cultores, futuros illos iuris & iustitiae sacerdotes attinet, sequentes, credo, principales erunt, & quas nemo facile inficias iuerit, necessariarum ICto disciplinorum normae :

- I. Quaecumque studia partem ipsius iurisprudentiae efficiunt, ea ICto cuique necessaria sunt;
- II. Quo magis scientia quaedam cuius ICto, cuiuscumque demum sit patriae, ordinis et vitae generis atque officii, inseruit, eo magis illa necessaria;
- III. Quo maior ex solida studii alicuius scientia universae patriae sperari potest utilitas; quo maius contra negligentia & inscitia talis doctrinae detrimentum patriae minatur; eo magis vel boni publici causa necessaria eiusmodi doctrina.
- IV. Quo magis denique in academiis commodius, quam alibi perdisci potest doctrina quaedam, et quo magis ea idonea est ad producendum ICtum aliquem ad honores ac dignitates, quo maior quoque ex studio spes est, ferendi aliquando diligentiae largiores fructus; eo utilius studium tale, eoque maiore et certiore singularis emolumenti spe in academis tractandum.

Quibus ita constitutis specialius modo inquiramus:
II. AN



II.

AN OPVS SIT ICTO, SCIRE REM IM-
PERII IUDICIARIAM.

Quae quum vero et generalem comprehendat pro-
cessus imperii, & specialem iurium ac praeceos
vtriusque summi tribunalis scientiam; primo loco se-
paratim agendum erit

I.) DE PROCESSV IMPERII.

§. 3.

Posteaquam nempe, restituta Germaniae pace
publica, instaurata re imperii iudicaria, stabilito prae-
fertim iudicio imperii camerali, opus erat ordine quo-
dam iudicij, qui in disceptandis causis seruaretur,
praescribendo; ordinationibus modo cameralibus,
modo recessibus imperii, paullatim ea de re conditis,
ita demum perficiebatur ordo iudicarius, ut satis ad-
posite singulari insigniretur nomine **PROCESSVS IM-
PERII** (*Reichs - Proces*s), ordo ille iudicij generalibus
imperii legibus praescriptus.

Processus
imperii ori-
go & indoles.

§. 4.

Erat quidem ordo iste iudicarius in primis si-
premo tunc instituto camerae iudicio adcommoda-
tus; Verum, praeterquam, quod generatim eadem

Non tantum
camerae,
sed & aliis
Germaniae

A 3 illi

judicis qua-
drat;

illi vis denegari nequeat, qua et aliis vniuersis imperii legibus, praesertim recessibus, omnes Germaniae regiones, proceres et ciues adligantur, certe vel maximam quoque prouinciarum Germaniae, et, quae iis insunt, iudiciorum ab imperii statibus dependentium simul rationem in condendo illo imperii processu habita- tam fuisse, ex omnibus eius rei monumentis constat.

§. 5.

A statibus
imperii in
suis prouin-
ciis quasi
exemplar
propofitus;

Quandoquidem enim ad restituendam totius imperii rem iudicariam pacemque publicam non sufficiebat iudicium, quod inter proceres ius dicat, constitutio, sed vnicuique etiam statuum prouinciae eiusque ciuibus eadem medela opus erat; ea propter omnes et singuli imperii status, vti alioquin iam consueuerant, finitis comitiis, vniuersa eorum totius imperii nomine consulta suis deinde prouinciis accommodare, ita stabilito semel quodam imperii iudicio, maxime porro adnitembantur ad restituendam quoque suis cuiusque terris perpetuam quamdam rem iudicariam prouincialem.

§. 6.

Principue
quum con-
ſtituerunt
die Hof - Ge-
richte.

Non itaque multo post, quam primum firma- ta satis erat imperii camera, statim in quavis fere Germaniae regione aut noua plane instituebantur, aut maxime vetera instaurabantur a statibus iudicia prouincialia, quae aulica plerumque aut curiae prouinciales vocari solebant, *Hof - Gerichte*; quorum fere omnium, hodiernae saltem formae, origo in XVI. seculi initio quaerenda erit. Eorumque iudiciorum non ipsa tan-

tum



tum forma, sed & ordo iudicarius, ipsaeque eis praescribi solitae ordinationes, *Hof-Gerichts-Ordnungen*, quae plerumque priuilegiis & confirmationibus simul caesareis muniri solebant, potissimum secundum ordinationem cameralem instituebantur.

I.

Sie de Hassia iam anno 1500. ill. KOPP in *historia iuris p. Quorum va-*
 251. (x) allegat *Landgraven Wilhelms zu Hessen Ordenun-*
ge des Hofgerichts zu Hessen, & *Landgrauum PHILIP-*
PVM iam 1524. constituisse Marburgente iudicium auli-
 cum, patet ex praefatione der *Fürstlich Hessischen erneuerten*
und verbesserten Marburgischen Samt - Hof - Gerichts - Ord-
nung, de 1673. Pariter Electorem *M O G V N T I N V M*,
ALBERTVM, iam 19. Ian. 1516. constituisse Moguntiae ta-
 le iudicium aulicum, idque dein *IMP. CAROLUM V. d.*
21. Maij 1521. confirmasse, me docuit die *Hof-Gerichts-*
Ordnung des Erz-Stifts Mainz 1522. fol. Quibus addi-
 possunt die *Gerichts-Ordnung im Fürstenthum Ober- und Nie-*
der - Bayern von den Gebüldern Wilhelmen und Ludewigien
Pfälzgrafen bey Rhein, 1520. fol. *Münsterische Hof-Gerichts-*
Ordnung 1571. *Hof-Gerichts-Ordnung Ludewigien*
Pfälz - Grafen bey Rhein, vvie am *Chur - Fürstlich Pfälz-*
gräflichen Hof - Gerichte bis dahen procedirt worden, *Neu-*
stadt an der Hardt, 1594. fol., aliaeque sexcentae, quas
 omnes si vel inspicias tantum, statim tot cameralis iudicii in-
 stitura in utraque pagina animaduertes, vt, nisi haec no-
 scas, eas te haud intelligere, candide sis confessurus.

II.

In primis autem maximopere quoque hic notanda, quae Praesertim
 de terrarum Brunsvicensium ac Lüneburgicarum curiis pro-
 uincialibus obseruarunt ill. *ESAIAS PUFENDORF* in pro-
 fessu

auctor Myn-
singerus.

cessu Lüneb. pag. 199. seq. et, qui loco omnium in hoc argumento est, ill. CHRISTIANVS VLRICVS GRVPEN in obseruatione I. de iudicis curiae, adiecta disceptationibus forensibus; vbi in fine praesertim pag. 650. & 652, relatis MEIBOMII & RITTERSHVSII verbis, inter alia memorat, celeberrimum illum MYNSINGERUM, qui inclitus olim camerae imperialis assessor, dein cancellarius Brunsuicensis erat, tempore ducis HENRICI IVNIORIS 1559. condidisse primam iudicij curiae Brunsuicensis ordinationem ad exemplar legum camerallium plane adcommiodatum. Exemplum sane evidentissimum, quantae tunc temporis viri camerallium rerum periti fuerint autoritatis! Probatio & causa simul clarissima tantae ordinationum prouincialium & legam imperii similitudinis! Cuius rei multo plura constituta fore opinarer exempla, si de cuiuslibet ordinationis auctore liqueret.

III.

Pertinent
huc etiam
Saxonie
prouinciales
curiae,

Et Hildesien.
fis.

De Saxonice itidem curiis prouincialibus, quantum cum camera imperiali conueniant, instituta generatim horum prouincialium iudiciorum cum camera, & regiminum cum tribunali supremo imperii aulico egregia comparatione, eruditus & omni exceptione maior est testis perill. I.O. PAV-
LVS DE VOCKEL, decus modo ipsius dicti tribunalis, mihi simul venerandus patronus in diss. quam praeside C.A.S.P.
ACHATIO BECKIO lenae olim 1720. de curiis prouincialibus Saxonice habuit cap. 2. §. 10. pag. 46. Compara,
quae occasione Hildesientis curiae prou. monet peritissimus harum rerum vir ill. D.A.V. GE. STRYBEN von Regierungs- und Lustiz-Sachsen, p. 16. 25. 38.

§. 7.

Ipsis imp.
legibus hanc
normam in
tum, ac semel iterumque diferte fancitum, ut erdo
quo-



quorumcumque iudiciorum prouincialium, quoad eius prouincialis
fieri posset, semper conuenire legibus & processui im- sequi sanci-
peri curaretur. tum;

L

Praefertim hic notanda RECESSVS DEPV TATIONIS Vcluti in R.
1600. §. 15. verba: Dievveil die höchste Nothdurft erfordert, D. 1600. die
daß in allen Churfürstenthumen, Furstenthumen, Landen, dem C.G. ge-
Herrschäften und Orten, vvo die im H. Reich begriffen, die maß einzurichten
Unter - Ober - und Hof - Gerichte, in denen Orten es noch richten,
nicht geschehen, in eine gute richtige, dem Rechten, Reichs
und Cammer - Gerichts - Processe gemaeſſe Ordnung, so
viel nach eines jeden Orts Gelegenheit immer erſtſtlich
ſeyn wird, gebracht, und darauf ſeftiglich gehalten werden;
So vvolien wir hiermit allen und jeden Churfürsten, Fürfsten
und Ständen des Reichs, ernftlich auferlegt und befohlen ha-
ben, folche Anordnungen ihrer Unter - Ober - und Hof - Ge-
richte zum altereheſten ihnen und des Reichs - Unterthanen & in R. I. N.
ſelbſten zum beſten anzurichten, & R. I. N. §. 137. Es fol- den C.G. pro-
ten auch Churfürsten und Stände des Reichs bey ihren Unter- cces zu objer-
Gerichten die Verordnung thun, damit, so viel möglich, bey wieren.
denenſelben die norma des Cammer - Gerichtlichen Proces-
ſes obſerviret werde.

§. 8.

Quo maiore igitur cura de ordinanda magis ma- Quoties
gisque atque emendanda re iudicaria prudentissime emendatus
temper agi in comitiis, probe sciebant status imperii, proc. imp.
ipſi voti compotes; eo lubentius consilium illud fe- idem fecerunt status;
quuti, quoties lege imperii noua emendatus fuerat
ordo iudicarius, eodem modo correctionem adhibere
solebant noua quadam ordinatione suis quique iudi-
cii aulicis aliisue prouincialibus.

B

I. Ma.

I.

e. g. Mogun-
tinus post R.
I. N. similem
suo iudicio
adcommoda-
tam tulit no-
nam legem.

Maxime hoc factum esse adparet, posteaquam anno 1654. celebratissimo illo Recessu imperii funditus quasi reconcinnata erat res imperii iudicaria. Quam saluberrimam constitutionem nouis cuique fere prouinciae latis legibus imitati sunt plerique imperii status. Lusulentissimo sane huius rei testimonio adferre possum quamdam, quam ipse possideo, ordinatem Moguntinam ab Electore JOANNE FILIPO 29. Nou. 1659. latam, cuius vel sola inscriptio satis, quae dixi, & illustrabit & probabit; Vocatur nimurum: *Churfürstliche Hof-Gerichts-Ordnung nach dem jüngsten Reichs-Abschiede de anno 1654. und darin dem Kaiserlichen Cammer-Gerichte zu Speyer vorgeschriebener norma in vierzen Puncten verbessert. Gedruckt in der Churfürstlichen Haupt- und Residenz-Stadt Maynitz bey Nic. Heyll, anno 1659. fol.* Ex cuius prooemio praecipue quoque notanda mihi videntur verba: *Nun aber zu moeglichster Abkürzung der am Kayserl. Cammer-Gericht zu Speyer führenden Proceszen durch den jüngsten in anno 1654. zu Regensburg publicirten Reichs-Abschied verschiedene stattliche Verbesserungen über die Cammer-Gerichts-Ordnung ingemein für gut angesehen, und darbey in §. Es sollen auch, ausdrücklich disponiret worden, dass Chur-Fürsten und Stände des Reichs bey ihren Unter-Gerichten die Verordnung thun sollen, damit so viel möglich bey denselben die norma des Cammer-Gerichtlichen Processes obseruirt werde; und dann uns Churfürstlich Obrigkeitlichen Amts wegen sothanen heilsamen Kayserl. und Reichs-Ordnungen desto sorgfältiger zu geleben und nachzukommen gebühren will, cet. Sed et aliorum eo tempore hanc curam fulle, patet ex ordinatio- ne Cancellariae ducatus Cellensis a Duce CHRISTIANO LUDOVICO 1656. lata, cui inscriptio: *Resolution und Verordnung, wie es bey unserer Fürstlichen Cantzley wegen verschiedener zu Abkürzung des in Teutschland sehr langsam Processes hinführ zu halten, ill. PFENFELD proc. Linneb. p. 169.**

§. 9.



§. 9.

Denique generatim non tantum superioribus tem- summa quo-
poribus tam bona visa supremorum imperii iudicio- que appell
rum constitutio, vt eorum formae pleraque Germania- tribunalia
nae iudicia adaequarentur, sed quum in specie quo- iudicis imp.
que sint in Germania a statibus quibusdam, iure pri- surrogata et
uilegioue illimitato de non adpellando praeditis, con- adaequata;
stituta suprema adpellationum tribunalum (*Ober-Appel-
lations-Gerichte*,) hac in re tanto magis ad imitandum
sibi proposuerunt status supraemam imperii iudicia, quan-
to conuenientius id erat, quum quasi surrogata noua
illa iudicia essent in locum Augustissimorum imperii
tribunalium.

I.

Celeberrimum huius rei exemplum exhibet TRIBUNAL VELATI tribu-
VISMARIENSE, concessu in ipsa FAME WESTPHALICA nal Vismari-
art. IO. §. 12. Suecis priuilegio de non adpellando, con-
stitutum, et maximopere camerale imperii iudicio conueni-
ens. Et vi nouius adhuc addam exemplum, ipsa noui tri- Cassellianum,
bunalis Hassiaci lex, sub inscriptione: *Ibro Koeniglichen aliaque.*
*Majestät in Schwerden Fürstliche Hessische Ober-Appellations-
Gerichts-Ordnung*, Cassellis 1746. promulgata, in prooe-
mio mentionem huius rei facit: *dass wir daher an statt der
hoechsten REICHS-GERICHTS, wobin sonst die Appella-
tiones gegangen, zu Ausübung schleüniger und unpartheijischer
Infix unsrer Appellations-Gericht zu Cassel bestellt haben, ac
passim praeterea sat evidenter processus imperii vestigia con-
tinet, qualia nec dubito fore in ea, quam nuperime Land-
grauio Darmstadino datum priuilegium de non adpellando
illimitatum mox expectare iubet, noui tribunalis ordina-
tione.*

B 2

§. 10.

§. 10.

Vnde fine
processu imp.
nullus alius
provincialis
processus in-
telligitur.

His ita constitutis fieri certe non potest, quin processus ille imperii generalibus legibus praescriptus singulis quoque prouinciarum Germaniae iudicij obseruandi ordinis iudicarii sola fere basis sit ac fundamentum. Et quanta proinde ad intelligendam cuiuscumque iudicij praxin sit scientiae processus imperii suprema vnicuique Germaniae Iusto necessitas, vix amplius dubitaturum quendam esse crediderim.

I.

Frustra obil-
citur, inutile
in academiis
esse praeceos
studium.

At enim uero an properea in academiis tractanda sit haec processus imperii disciplina, dubitas fortasse, quidquid pragmatici est, in foris magis quaerendum putans, quam in academiis, vbi ad summum theoriae tradendae locum esse, et raro ultra subtilitates sapi credis! Potius igitur forte celebrem quendam in fori exercitatione versatissimum innumerorum clientum atque causarum patronum noscens, huiusque auspiciis, hoc praeceunte, ex limpido magis fonte hauienda esse summa illa pragmaticarum artium secreta, exi-
stimas!

II.

Quod omnia
no in acad-
emias neceſſa-
rium, et
commodius
quam alibi;

Ita sane plures iam audiui, nescio qua in aduocatos fiducia, in academias praenidicio captos bonos homines. Sed, ut taceam, sine theoretica etiam processus scientia, cuius tamen aequo ac omnium aliarum disciplinarum elementa saltem in academiis tradenda discendaque, neminem umquam pragmaticis laboribus ita, ut fas est, habilem fore; ut taceam quoque, nec Antecessores a praxi alienos esse, obtutos ea potius aliquando, et satis distentos saepe perpetuis consulendi, respondendi et iudicandi occupationibus; Vnico cum hoc dumtaxat monebo, frustra id ab Aduocato, quan-
tum



tumuis eruditissimo, exspectatum iri, vt ipsum totius iudicij ordinem ac scientiam rerum pragmaticarum alios doceat. Vix enim diligent et aliquantulum modo felici atque celebri patrono tantum super erit temporis, et vix defesso fori laboribus tahta erudiendi alios adeptentia, vt vel singuli solum libelli rationes reddere, omniaque, quae ad eam conficiendum pertinent, exponere permisura sit officii eius ratio. Summus itaque talium in subsellii aduocati degentium candidatorum labor in describendo confistere solet, nobili sane homini erudit occupatione; Et si qua forte singulam quamdam speciem vel maxime exploratam habeant, numquam tamen, neglectis generalibus rerum rationibus, non nisi systemate processus addiscendis, hac via ad veram rerum pragmaticarum Scientiam adspirabunt; quum contra facilissime laboribus fori initiatibit, quisquis iam academico studio rei iudicariae eiusque saltem elementis operam antea nauauit.

III.

Sed ulterius fore sentio ut mihi reponatur, concedi quidem posse, quod scire, quae de processu leges imperii statuerint, utile sit, inane autem et superuacaneum esse, singulari ea tradere disciplina, quum commodius suo quaeque loco explicandis digestis addantur.

Singulare
quoque disci-
plina tractari
inreteretur
proc. imp.

IV.

Tali sane oppositioni nescio, an, quid respondendum credam, ingenue profiteri auferim? Vt mea quidem fert opinio, nil magis dolendum, quam ita quasi inueterauisse ictorum consuetudinem, qua coqui Plautini more cuiuscumque generis iura diversa, summa imis miscent. Satis credo difficile, solius iuris Romani scita eo, quo pandetae digestae sunt, ordine penitus planeque cognoscere; Neque opus fuisse existimauerim, ut augendae difficultatis, au-

Ne dannosa
iuriata con-
fusio auge-
tar;

gendaе confusionis gratia uno impetu omnia et pontificia et
patria adcumularentur iura. Quibus si etiam scientia iuris
pragmatica, eodem illo egregio pandectarum ordine adhuc
accedat, valde vereor, vt ne quis cuncta simul accepturus
nihil demum omnino ediscat.

V.

Et ut tanti
ambitus scis.
entiam rite
adsequilicet.

Quomodocumque autem se habeant illa, hoc indubita-
tum mihi videtur, magis esse adpositum, vt, si qua neces-
saria est scientia, separatum ea tradatur vna iusta serie, quam
vt disperso plane, id est nullo ordine intermisceatur tantum
alteri disciplinae, ac numquam eo pacto plane pernoscatur.
Indubitatus adhuc idem cuius adparebit, si non procelsum
tantum imperii generalem illum, de quo hactenus egi, si-
gillatim tractandum esse euincam, sed lat graibus quoque
rationibus suadebo coniungendam cum procello illo imperii
singularem etiam vtriusque supremi tribunalis in specie no-
titiam. Quem in finem agam nunc

II.

SIGILLATIM
DE NECESSITATE TRADENDI
IN ACADEMIIS
IVRA ET PRAXIN
VTRIVSQUE
SUPREMI TRIBVNALIS
IN SPECIE.

§. II.

Summis trib.
non sufficie-
bat generalis
proc. imp.

Quum instaurandae in Germania rei iudicariae initi-
um primum fuerit in ipsis supremis tribunalibus,
praec-

praesertim camerae iudicio; tanto sane operi non sat
tis erat, praescribere generalia processus imperii capi-
ta, sed ante omnia in primis oportebat inueniri mo-
dum, quo supremum tale tribunal firme constituen-
dum, constitutumque constanter conseruandum esset;
Et factae dein semelque rite stabilitae constitutioni ta-
lis iudicii, necesse erat, ut adcommodarentur specia-
les singuli cuiusque iudicii eiusque rei iudicariae nor-
mae.

§. 12.

Sic camera primum ut perpetuo quodam ac per-
enni modo institueretur, quantae fuerit operae ac la-
boris, satis constat ex actis seculorum XV. & XVI.
publicis. Semel vero quum rite constituta fuerit, ita
deinde singularis ex speciali hac constitutione orta sen-
sim est praxis soli camerae propria, ut scientia iurium
ac praxeos camerae imperialis peculiare quoddam effi-
ceret IVS CAMERALE.

*Sed in came-
ra adhuc or-
tum singularis
ius camerale;*

§. 13.

Sic pariter alterum illud, quod in curia impera-
toris erat, supremum tribunal paullatim eam, qua ho-
die adhuc viget, recepit formam fibi plane propriam,
et a camerali sic diuersam, ut et eius iura ac praxis
singulari disciplina (*der Reichs-Hofräths praxi*) merito
comprehendantur.

*Et in consil.
imp. aul. fe-
parata R. H.
R. praxis.*

§. 14.

Iam si quis vtriusque vel alterutrius huius supremi
iudicii rationes noscere cupit, tantum abest, ut eum
*Vnde econ-
iungendum
studium proc.
in*

16 DE SCIENTIA IURIVM AC PRAXEOS

imp. et iuri-
um. ac prax.
summorum
trib.

in finem sufficiat generalis illa processus imperii notitia, vt potius singularem cuiusque iudicij historiam, leges speciales, indeque nata iura ac statum hodiernum scire quam maxime necessarium sit. Quibus omnibus deinde cum processu imperii rite comparatis, tunc demum recte cognoscetur, cognitis primum iuribus, praxis quoque supremorum tribunalium in specie. Unde yniuersa tandem illa processus imperii & iurium ac praxeos supremorum imp. tribunalium scientia enascitur, quae breuibus vocari potest scientia rei iudicariae imperii.

§. 15.

Nec obstat,
multis iniuti-
le videri hoc
studium;

At vero iam: quid ad me specialia haec summorum tribunalium iura? clamitantes audire mihi videor plerosque. Numquam, inquit alter, apud supra-
imperii iudicia commorari, mihi in mentem veniet; Nec spes, nec animus mihi est, ad consiliarii imperialis aulici, assessorisue camerae, immo nec ad agentis quidem procuratorisue munus adspirandi umquam; Alia mihi plane fortunarum sedes continget, Saxolum; Terra me genuit, dudum iam iure de non adpellando contra summa imperii tribunalia munita; Ubi vix audiisse me vimquam amplius recordor, siue de eame-
ra, siue de tribunali aulico vel loquutum quedam. Tot denique posco, tantaeque et eruditio-
nis & for-
tunae viros, qui ne iota quidem harum rerum callent, vt, quo pacto mihi futurae sint utilitati, plane p-
uidere nequeam, contentissimus, si quando olim vel
particula faustae eorum virorum fortis mihi contigerit.

§. 16.



§. 16.

Maximi sane ponderis argumenta! Quibus an occurri quodammodo possit, videamus, serio rem haud minimi momenti disquisituri. Vbi primo statim loco non possum non praemonere, esse hanc doctrinam de iuribus ac praxi amborum supremorum imperii tribunalium eximiam iuris publici partem, immo ipsum illud constituere ius publicum pragmaticum, quod de modo tractandi negotia imperii iustitiae agit.

I.

Est nempe quam quod certissimum, etiam iuris publici Cuius alia est aliam esse theoriam, aliam praxin, quae licet usque adhuc <sup>Nam 1.) pars
est iuris publici;</sup> theory, alia in academiis haud tradi, saltē a theory non separari solita ^{Praxis;} fuerit, me tamen iudice eodem iure, quo scientia priuati iuris pragmatica, id tanto magis mereretur, quanto plenius majoris publici, quam priuati, iuris praxis momenti est.

II.

Sicuti autem in eo iuris publici praxis a priuata differt, Haec iterum ut illa duplicitis potissimum generis sit, partim negotia status, alia negotiorum partim negotia iustitiae concernens; ita illam quidem negotiorum status praxin non semper certa quadam norma metiri licet, et facilius eam ex ipsis rerum argumentis, quam in academiis forte addisci, haud diffitebor; Res autem iudicariae quo certiores habent normas, eo habiliores sunt scientiae systematicae, quae pro inde ceu insignis pars iuris publici pragmatici commodissime in academias tractatur.

III:

Veritatem praeterea huius rei, quod doctrina de supremis ^{Vnde insignia} tribunalibus insignem iuris publici partem constitutat, ipsa iuris publici, ca-
C eius

pita hic occurrunt;

eius tractatio magis quemlibet edocebit. Reperies enim ibidem omnia illa iuris publici capita: de iurisdictione suprema in imperio; de Austraegarum iure; de priuilegiis iuribusque de non adpellando; de constitutionibus imperii de pace publica, et profana, et religiosa; de pignorationibus; de arrestis; de iure praesentandi asseliores camerae imperialis; de paritate religionis pace Westphalica stabilita; de matricula imperii; de Visitationibus summorum tribunalium; de iuribus Electoris Moguntini qua Archi-Cancellarii imperii; de feudis imperii; aliaque innumera, quae si vel maxime strictim tantummodo et satis leuiter tangantur in iuris publici elementis ac preelectionibus, numquam satis perspicientur, nisi plus temporis, plus operae separatae huic pragmaticarum iuris publici rerum scientiae seorsum impenderis.

§. 17.

Et cuius IC^a to praxis imp. illa iurisprudentiae parte, imbui cupit, is hac de su- necessaria, ceu premis imp. tribunalibus doctrina carere prorsus ne- pars iuris pu- blici;

Quisquis itaque iuris publicis scientia, nobilissima illa iurisprudentiae parte, imbui cupit, is hac de su- necessaria, ceu premis imp. tribunalibus doctrina carere prorsus ne- quis. Quumque, nisi quis in perexiguis preelectioni- num, quibus elementa iuris publici traduntur, limiti- bus, nimis fane circumscriptis, quam vt tanti ambi- tuss disciplinae pragmaticae cum theoretica coniungen- dae pares sint, subsistere velit, necessitas exigat, vt singulari quadam disciplina, praeposito processu imperii, iura et praxis vtriusque supremi tribunalis tra- ctentur; eiusdem, credo, necessitatis erit, vt singu- lari studio in academiis doceatur haec scientia, quae in partibus iurisprudentiae nobilissimis est (§. 2. I.)

§. 18



§. 18.

Sed vltterius progrediar ac docebo: Cuius ICto II^o) Quia cuius maxime
cuiuscumque demum sit patriae, ordinis et vitae ge-
neris, atque officii, vtilissimum esse, immo necessari-
um studium nostrum praxeos supremorum tribuna-
lium.

§. 19.

Non equidem id dissimulare possum, ignobile Licit enim
mihi semper videri hominum genus, qui, bonas artes, ignobile sit,
praesertim iurisprudentiam colentes, vnico cuidam se vni tantum
certo vitae generi a primis statim studiorum initisi se praedefinire;
totos dicant, huic fini quidquid inseruire credunt,
vnice adpetentes, negligentes cetera omnia. Nam-
que maxime potius hoc in praeципuis studii juris po-
nendum arbitror, quod quisquis eo solide imbutus ad
seruendum reip. innumeris modis, ac multiplici vi-
tae generi aptus sit, quum contra sacrarum rerum pe-
ritis vix praeter scholam paroecianue vitae genus de-
tur.

§. 20.

Pariter neque nobile duco, sua se quemque pa- Aut sua in mo:
triae alligatum credere, neque, quum futura fors pre- do patriae;
uideri nequeat, cum certitudine fieri potest, vt quis
in solo, in quo genitus, se obitum fore praesciat.
Quin etiam saepe non sua caret ratione tritum illud:
neminem in patria valere prophetam. Et innumerabili-
lia docent exempla, quod vbiuis fere aliarum natio-
num homines muneribus fungantur, qui forte aliquot

C 2

modo

modo annis antea ne cogitauerant quidem adhuc,
se vñquam eo locorum peruenturos fore.

§. 21.

Tamen vni-
cuique inser-
uire hoc stu-
dium ostendit
potest

Quis itaque sic poterit futura augurari, vt certo
praeficiat, numquam fore, vt in rebus imperii iudicia-
riis ipse adhibeat, id quod tam multiplici modo cui-
libet contingere posse, mox videbimus? Cui liquet,
fieri non posse, vt aliquando olim ex patrio solo quasi
in alium plane terrarum orbem transferatur, vbi forte
tanta harum rerum quotidiana necessitas, vt nimis se-
ra dein sit neglectae huius disciplinae poenitentia? Im-
mo quis ita fortis sua praeficius, quin in ipsis aliquan-
do summis tribunalibus vitam se acturum eiurare que-
at? Sed vt maiore procedamus perspicuitate, paullo
specialius enumerabimus ex innumeris praecipuos illos
modos, quibus cuicunque ICtorum vitae generi quam
maxime potest inseruire praxeos summorum tribunalium
scientia.

§. 22.

r. J Quod ad
vitae genus
attinet, a.] in
ipsis summis
trib. sive per-
petuo,

Primo euidem, si quis in ipsis augustissimis tri-
bunalibus officium sibi fore praeficiuerit, haud dubito
omnem operam eum iam in academiis his rebus na-
turalium, talique muneri quoquis modo se praeparatu-
rum esse. Verum vti raro haec praecuidere licet, et
vti eo minus suadendum, vt quis studio quasi ad con-
sequendas aliquando eiusmodi dignitates admittatur, quo
saepius accidit, vt a permultis frustra ea quaerantur,
quae aliis praeter spem et opinionem contingunt; ita
semper

temper tamen quum necesse sit, vt sint in supremis tribunibus complures Germaniae ICti, siue iudicantium, siue aduocatorum, siue alio quodam huc pertinente munere ornati, haec spes, ad ipsas has lautiores aequae ac nobiles dignitates adspirandi, nemini Germano praecisa est; quin etiam ita constituta sunt suprema imperii iudicia, vt diuersarum Germaniae regionum viros semper iis inesse oporteat.

§. 23.

Praeterquam vero, quod quis inopinato plane in perpetuum quoddam munus in iudiciis imperii vi-
taeque cursum ibi conficiendum incidere potest, et
iam sexcentis aliis modis id saepissime accidit, vt quis
praeter opinionem aliquamdiu ibi commorari, et ne-
cessario eorum iudiciorum iura ac praxin scire debeat,
siue quis e. g. sollicitanda, vti aiunt, habeat negotia
iudicaria aut proprio, aut status cuiusdam imperii, aut
alterius cuiuscumque nomine, siue quis ad sumendam
inuestituram in curia imperiali, siue alio quocumque
fine ad iudicium quoddam imperii ablegetur.

§. 24.

Neque tantum in ipsis imperii iudiciis eorum pra-
xim scire opus esse, caue credas. Vbicunque enim
degas, quo cumque ICtis solito officio fungaris, sum-
mus eius usus, summa necessitas esse poterit. Sic, vt
ab altioribus initium capiam, in comitiis imperii qui
negotia procerum curant, fere quotidie in talibus sum-
mi momenti rebus versantur, vbi de conseruando,

b.] Extra
ipsa trib. a.]
in comitiis.

C 3

emen-

emendando, corrigendoue uno aut altero supremo tribunali agitur, nec profecto sine adecuratiore harum rerum notitia ita, vti fas est, officio huic satisfieri potest.

§. 25.

b.) Iis, qui
statui a con-
silio sunt,

Eadem ratione quum singuli status imperii legum de summis tribunalibus ferendarum aliorumque insigni- um huius generis iurium participes sint, quumque praeterea alio quodam respectu iis ipsis frequentissima sint in imperii iudiciis negotia iudicaria, vbi litigatorum vices suffinent,clare patet, omnibus iis, qui statui cuidam imperii a consilio sunt, summam esse cognoscendi iudicia imperii necessitatem, ut tum iura, quibus suum quisque ad conseruandam rem imperii iudicariam contribuit, rite administrentur, tum caussae illustrium ipsae, supremi plerunque momenti, qua decet, dexteritate dirigantur.

I.

quorum cul-
pa alias ipsis
imputatur;

Euidens saltem est, solum in eum, cui cura negotii aliquius iudicarii illustris commissa, culpam cadere, si qua facta ordinis iudicarii offendicula detimento principis. Et quantum tunc in re tam ardua incurri possit honoris, officii, famae, dispendium, facilius perspiciet quisque, quam suo id exemplo probare optabit. Ipse tamen egregium tale memini exemplum quoddam publice quasi impressi inficitiae harum rerum dedecoris. Publicabatur nempe, quum Wettlariae essem, d. 23. Sept. 1746. in causa quadam illustri certi principis contra electorem quemdam imperii sententia, cui, quoniam duriusculis verbis veluti iniuriae inculata fuerat camera ob denegatam electori dilationem, quam parito-

ria



ria simplici denegando conceditamen sciri poterat, elemen-
tis modo iuris cameralis cognitis, haec circiter inerant ver-
ba: *vvorbenen dem Concipienten der Churfürstlichen Ex-
ceptions - Schrift sein gegen die Reichs-Gesze, den kundigen
Cameralistum und diesem kayserlichen Cammer-Gericht schul-
digen Respect anlaufende Schreib - Art ernstlich zu verrueisen.*
*Qui egregii inficiiae iuris cameralis fructus quam placue-
rint huius libelli auctor, quamque eum commendauerint
domino suo, aliis iudicandum relinquunt.*

§. 26.

Quamobrem non tantum summarum rerum ad-
ministris, sed et aliis, qui electoribus, principibus,
comitibus imperii a consiliis sunt, et praesertim iis
quoque, qui in ciuitate quadam imperiali sive consulis,
sive senatoris, sive consulentis, sive syndici munere
funguntur, quam necessaria sit summorum tribunali-
um cognitione, quilibet intelligit. Nec eos, qui ne-
gotiis immediatae nobilitatis praefecti sunt, hac scienc-
tia carere posse, eo minus quisquam dubitat, quo
magis et vniuersum equestre corpus, et singula eius
membra litibus in imperii iudiciis distineri solent.

§. 27.

Porro eos, qui in academiis alios iurium scien-
tia instruere fatagunt, tanto minus deceret, harum
rerum, quae ad iudicia imperii eorumque praxin per-
tinent, imperitos esse, quanto magis et alios ea de re
erudire, et de caussis huiusmodi illustribus responde-
re ac consulere eos officii ratio iubet.

§. 28.

§. 28.

t.] Iis, qui
munere ca-
rentes, con-
sulendo ad-
nocandoue
aliis inserui-
unt;

Sunt vero deinde etiam, qui singulari quodam libertatis amore capti, aut fortuna et occasione destituti, nullum subeunt munus publicum, sed cauendo, respondendo, consulendo, priuataque opera litigantes adiuuando victum quaerunt; sunt etiam, quibus publico aduocatorum nomine ac munere functis idem, clientum in iudicis causas defendendi, labor est; quorum quisque cognoscendae summorum tribunalium praxeos usum vel ex eo sentiet, dum mox animaduerteret, vtilius, ne dicam iucundius esse, illustrium causas agere, quam rusticorum minutis pere exigui praemii spe consumere tempus; necessitatem vero indubitatam percipiet, dum, si vel maxime causas simplicis querelae in imperii iudiciis defendendi occasio ne caret, quotidianas tamen aut ex sua aut ex vicina regione ad summa tribunalia procedentes appellations siue defendendas, siue impugnandas recipiet.

I.

qui nimium
freti procura-
torum ope,

Nequeo tamen hic iterum praeterire refugium, quo saepissimis fretos memini, qui praxin imperii singulari cultura haud dignantur. Aliunt scilicet, ad gerenda litigantium in supremis tribunalibus negotia sufficere sibi, substantiae rei iudicariae communis et theoriae juris scientiam, satis abunde libellorum ibi exhibendorum materiam suppeditantem; Cetera rei iudicariae externa quasi putamina processus se non curare, quippe procuratorum agentiumque negotia, et quae sunt reliqua.

II. Sed



II.

Sed gaudeo simul audiuisse eosdem hos, qui litigantium negotia in ipsis summis tribunalibus praesentes curant, qui de tuuntur eadem illa exterorum aduocatorum nimia erga se fiducia non conqueri satis possunt. Licet enim vel maxime haud eos taedeat lat improbi illius laboris, ut singulorum libellorum sibi missorum et a se exhibendorum stilum, inscriptionem, aliaque, quae vocant curialia, suo cuiusque tribunalis usui fori accommodare studeant; id tamen fere excedit officii procuratoris fines, ut ipsius ordinis iudicarii recte ubique instituendi viam inuestigent, deuum in viam reducant, corrigan, emendentque.

III.

Etenim non tantum nimia talium virorum occupatio eos quia procul his rebus vna in causa tempus sexcentis aliis impendendum ratoris non terere prohibet, sed et ita plerumque ordo iudicij et via est, supplere optime ineunda cum meritis, quae vocant, causae cohaerent, ut horum scientia adcuratiore destitutus illa de re aequaque parum iudicare possit, ac scientia rei iudicariae carens de optimo eligendo ordine et genere iudicij. Nisi itaque ipse causae patronus praeoxos imperialis gnarus et optime condendi libelli capax fuerit, siue ni procurator sui et aduocati honoris periculo quaecumque exhibere, iustumque inspectorum scriptorum coercionem haud curare auserit, nec falso procurator inepte scripta aut remittet auctori, aut derelinquet plane.

IV.

Quot vero ineptis id genus libellis a vulgari illa aduocatorum faece incommodentur summorum tribunalium procuratores, vix crediderit quisquam. Memini inter alia aduocatum quemdam, mandatum S. C. postulantem, ad probandum factum nullo iure iustificabile positiones exhibere, seque ad iusurandum, quod vocant, dandorum offerre vel-

D
le.

le. Memini plura desertae culpa aduocati exteri adpellationis exempla. Memini innumera inepta mandatorum petita. Memini tamen etiam sexcenties iustissima reprehensione, animaduersione et multa castigatos aduocatos, inexcusabili praeceos imperii ignorantia laborantes.

§. 29.

g.] cuicunque
que ICto va-
riis improvi-
scasibus;

Praeter haec omnia tandem singularia quaedam nonnumquam inopinata vbi cumque locorum evenire possunt, huius scientiae necessitatem exigentia, et effici-entia tunc, ut nimis plerumque sero optaretur studii cognitio, cuius ne prima quidem elementa in academiis percepta fuerunt.

I.

e.g. in iudi-
cisis vicaria-
tus;

in visitatione
camerali,

in committi-
one aut sub-
delegatione;
in variis con-
troversiis il-
lustribus;

Sic si quando, quod in ipsis Saxonie terris accidit, inter-regni tempore iudicia Vicariatus constituantur, et assessorum, et agentium munere qui fungantur, opus sunt ICti praxin imperii callentes, qui forte numquam in his rebus versaturos fore ante cogitauerant. Sic porro si quando de-mum exoptata iterum perficeretur visitatio cameralis, per-multis forte inopinata contingere iuris cameralis necessitas. Sic praeterea vbi cumque terrarum fieri potest, ut ad exse-quendam commissionem ac subdelegationem caesaream ne-cessarii sint earumdem rerum periti ICti. Sic denique in quauis Germaniae regione de presentatione quadam, aut sustentatione camerali, aliquo tali argumento controversia illustris oriri potest, vbi, qui has res intelligent, anxie non-numquam quaeruntur.

§. 30.

Generatim
haec studia
optimam

Neque generatim id praetermittendum, nullum fere aliud eruditionis genus tam commodam ad lau-tio-

tiorem fortunam adspirandi occasionem ICto praebere, quam adcuratiorem illam rei imperii iudicariae summorumque tribunalium cognitionem. Quo minus enim adhuc vsque ea coli solita; quo rariores proinde harum rerum periti in promptu esse solent; eo maiore studio vbius ii conqueruntur, et, quum in caussis semper illustribus verlentur, quae ipsos laepissime imperii proceres tangunt, facillime piae alii eminent, et ad superiores euehuntur honores ac dignitates; incitamentum profecto huius studii quoquis iuriuum cultore haud indignum! (§. 2. IV.)

fortunae ec-
cationem
praebent.

§. 31.

Quae quum ita sint, quemlibet credo, cui nobilior quam vulgo animus est, nulla patriae suae ratione habita, tantae utilitatis ac necessitatis studio operam daturum fore. Etiam si enim haud negari queat, maiorem forte, certiorem, ac frequentiorem huius rei illis esse vsum, qui terras Rheni, Franconiae, Sueviae, aliasue, quas in specie das Reich vocant, patriam colunt, quam iis, qui Saxonia, Marchia aliisue superioribus Germaniae regionibus oriundi sunt; maiorem etiam illis, quibus in ditione aut vicinia comitum imperii, nobilium immediatorum, aut ciuitatis cuiusdam imperialis, quam quibus in territorio quodam, vti aiunt, clauso principis alicuius degere contingit; maiorem denum etiam generatim iis, quorum ex regione adpellare licet ad supraemam imperii iudicia, quam iis, quibus haec adpellandi libertas praecisa est; nihilo tamen minus haec omnia necquidquam

2.] respectu
patriae nemini
ni inutilis
praxis imp.

D 2 de-

detrahunt academicae illi, de qua agimus, praxin imperii tractandi necessitatī, quam tum incertitudo illa futurae sortis futurique domicilii (§. 19. sq.), tum multiplex, quae vbiicumque terrarum accidere potest, his in rebus versandi vtilissima occasio (§. 22. sq.) satis vnicuique, posthabita patriae ratione, firmabunt.

§. 32.

3.] respectu
ordinis ma-
xime ne-
cessaria prin-
cipibus, co-
mitibus,

nobilibus
vni imme-
diatis,

Quemadmodum vero etiam ordinis, quem quis natuitate habet, ratio subinde in eligendo studiorum genere habenda; ita, quod ad nostram praxeos imperii disciplinam attinet, omnino optandum foret, vt omnes et singulæ superioris nobilitatis personæ, principes puto, comites et barones imperii, quippe quorum ipsorum res praecipue in iudiciis augustissimis aguntur, in primis hoc studio imbuantur, magis forte vtili, magis necessario, magisque tanto genere et ordine digno, quam permulta aliae, quibus inani plerumque spe futurae obliuionis onerantur, occupationes. Nobiles etiam immediatos, quibus quotidiana cum supremis iudiciis, praesertim tribunalí aulico, negotia sunt, ita his rebus operam dare ipsa necessitas iubet, vt, si vel vlo modo propriam salutis suae curam habere studeant, plane hac disciplina carere nequeant, nec proinde, quod ipsi sat mature experintur, amplis verbis commendandum opus habeant.

§. 33.

tum aliis qui-
buscumque; ne, nescire ea, quae aut in propriis caussis, siue adpel-
lan-

lantes, siue litem contra statum quemdam imperii aliquem immediatum in summis tribunalibus instituentes, in suam rem vertere, aut quibus etiam prae aliis ad dignitates generi suo conuenientes euehi possunt. Nec repetendum censeo, quidquid de cuiuscumque generis ICto dictum, ceteris omnibus quadrare et, disciplinam nostram quam maxime reddere necessariam.

§. 34.

Omnia vero haec, quum, quantum satis est, Hinc et ne-
cessitas confiant, nullum iuris cultori contingere posse vitae quinque iu-
bet studere genus, nullam patriam, nullum domicili locum, nullum denique ordinem, quin summa vtilitas, immosum- praxin imp. ma necessitas praxin imperii addiscendam suadeat; non magis grauissimis illis rationibus accedere poterit ponderis, quam si probatum adhuc dedero: sumum ex inficitia harum rerum patriae detrimentum imminere, summum contra eidem maiore huius studii cultura adferri emolumentum.

§. 35.

Quem in finem breuibus quidem hoc loco dum- et salutis pu-
blicae inter-
eft; ne malis
consilii
compages
imperi dis-
solvatur;
taxat monebo: quo minus vera summorum imperii iudiciorum eorumque praxeos indeles cognita est, eo minus pro vera patriae salute consuli posse; hinc in tam vulgari illa rerum harum inficitia haud minimam quaerendam esse rationem deficientis visitationis cameralis, increcentis indies tot recursuum ad comitia multitudinis, susque deque habitae auctoritatis ac conservacionis summorum tribunalium, ver-

bo: lernam malorum, quibus status patriae internus premitur, quaeque ne minentur vnicae fere superstitis Germaniae, quod ad rem iudicariam eaque sola nimiam inaestimabilem pacem publicam attinet, compa-
quod vltius
disquirer-
dum referua-
tur orationi;
 gis exitium, Deus averuncet. Cuius vero rei quum paullo altius repetenda origo, et ne fines huius com-
 mentatiunculae excedam, dignum credidi hoc argu-
 mentum, quod fusius paullisper disquirerem, oratio-
 ne inaugurali, cuius mox vltior fiet mentio, eam-
 dem hanc thesin vltius probaturus: quod salus scili-
 et patriae nostrae publica maiorem praxeos imperii
 culturam necessario exigat.

§. 36.

Nec obstat
academicae
harum rerum
tractationi
iter ad ipsa
trib. institu-
endum;

Tanta itaque quum vndequaque concurrat et pro-
 cessus imperii et specialioris vtriusque supremi tribu-
 nalis notitiae necessitas; quin hae disciplinae in acad-
 emiis traditu necessariae sint, nullum crederem su-
 perfore dubium, nisi vnicum quoddam permultis se-
 dere argumentum animaduertissim, quod cetera omnia
 infringere et inutile in academiis hoc studium euince-
 re posset. Non enim, aiunt, in academiis hae res
 tractandae sunt; ipsa potius adeunda suprema tribunalia;
 Wetzlariam, Viennam proficiscendum; ibi quicumque
 his rebus indiget, facilime absoluto academicae vitae
 curriculo iis ex ipsis rerum argumentis praesens imbue-
 tur; et quae sunt id genus reliqua.

§. 37.

Quod vltissi-
mum qui-
dem;

Certe vero quin fructuosissimum tale iter Wetz-
 lariense ac Viennense ducam, tantum abest, vt po-
 tius

tius ipse primus cuius, cui rerum suarum status id permittit, eiusmodi itineris instituendi auctor sim, et cumque Germaniae ICto id contingere exoptem, vt absoluto academico studio aliquamdiu apud summa imperii tribunalia commorari queat; Vbi tantam quisque reperiet ad sublimiorem rei pragmaticae cognitio- nem adspirandi occasionem, vt certissimis inde speran- dis fructibus, numquam eius rei quemquam fore vt poeniteat, sciam.

§. 38.

Verum tantum quoque abest, vt, si, nedum per-
ceptis iam ante in academia quadam huius rei elemen-
tis, illotis quasi manibus, ad augustissima haec tribu-
nalalia adpropinquaueris, eumdem finem, eamdem
vtilitatem ibi censequuturus sis, vt potius te vix, quae
vulgaria ac tritissima ibi censemtur, intellecturum esse,
spondeam. Quantacumque enim est summorum, ex
quibus tribunalia consistunt, virorum erga commo-
rantes ibi rerum harum cupidos benevolentia, et ad-
iuandi quemuis studium; tanto tamen, haud mira-
beris, quasi fastidio a conuersatione tua abalienari
quemlibet, si ne prima quidem elementa rerum, in
quibus quotidie versantur ii viri, te callere animad-
uertunt, et tuo forte ipsius incommodo experieris,
quam difficile, quam taedium simul sit, prius ele-
mentis addiscendis ibi pretiosum tempus terere, vbi,
si academicis laboribus inter alia haec iam ante absolu-
tisses, ad sublimiora statim progredi poteras.

§. 39.

§. 39.

sed tunc
tantum, ^{fi}
elementa iam
callens ad
sublimiora
modo ibi
tendit.

Enimuero quo maiore processus imperii iurium que ac praeceos supremorum tribunalium scientia quis iam instructus ad ea accedit; eo lubentius cuilibet cum tali negotium erit; eo facilior ad quemcumque aditus; eo saepius cum summis viris his de rebus altioris iam indaginis sermonem agendi occasionem habebit; eo melius statim quaelibet, quae relata sibi olim memorabit, iam exploratissima et satis intellecta habebit; verbo: ea, quae alias vel plane non, vel difficillime, vel diuturna saltim temporis iactura accepturus fore, breuissimis capiet. Id quod tanto maioris momenti, quanto rarius, finitis academiae laboribus, et temporis et sumtuum subsidium esse solet, quum quiuis dein ipsis statim rebus agendis adhiberi, magis, quam addiscendae adhuc nouae disciplinae operam dare, exoptet.

§. 40.

Colligitur
inde: omni
modo in
academias
necessario
praxin imp.
tradendam
esse.

Ad clausulam itaque dictorum ut veniam, nihil omnino impedit, quo minus certissime ex omnibus, quae protuli, colligam: non vtile tantum, sed et maxime necessarium esse, ut in academias tradatur scientia processus imperii, et iurium ac praeceos supremi iurisunque tribunalis; studium, vnicuique Germaniae ICto necessarium, ad capessendas dignitates pree aliis idoneum, quodque ut tractetur, salutis publicae interest, nusquam autem commodius, quam in academias tractare licet.

§. 41.

§. 41.

Ne qua igitur VOBIS vñquam, COMMILITO-
NES EXOPTATISSIMI, ad quos ceu finem dicendo-
rum, finem conatuum meorum, omnis mea se con-
uerit oratio, desit tam necessariae, tam fructuosae,
tam nobilis doctrinae adsequendae occasio, omni me
aetate paratum fore sciatis, ita, vt iam coepi, duce
propria quadam sciagraphia, cuius iam primae pagulae
typis impressae constant, ex ipsis rerum argumentis,
quoad eius fieri poterit, exponere satis praedicatam
illam processus imperii et iurium praxeosque supre-
morum imperii tribunalium scientiam, quam singulo
quoque seinetri qui addiscere cupient, numquam de-
ero, quam contra plane negligentes qui terminant la-
bores academicos, eos vt ne quando oblatae olim
eiusque commoda sed amissae occasionis poeniteat,
ex animo precor. Praeterea vero vt generatim ad pro-
mouendam quouis modo VESTRAM, SVAVISSIMO-
RVM COMMILITONVM, vtilitatem omni, quantum
quidem in exiguis viribus erit, studio admitar, ita id
in primis mihi semper erit in votis, vt, cuicunque
iuris disciplinae tradendae me qualitercumque parem
crederis, ea vos vbiique via ducam, vt iura illa diuer-
sissima, quibus in Germania vtimur, probe secernere,
ex suis cuiusque propriis institutis singuli iuris scita rite
deriuare, omnium proinde iurium veras atque genui-
nas inuestigare origines, demum quavis in re quid
hodie in ipsis rerum argumentis obtineat, perspicere.
omniaque ita, vt reip. emolumento inseruant, ad-
discere possitis; hoc summo contra studio euitaturus,
ne confusione diuersorum iurium ipsi confundamini,

E.

ne

Colligitur
inde: omni
modo in aca-
demis necessa-
fario praxin-
imp. traden-
dam esse.

ne posthabitatis iurium originibus rationes rerum ignoratis, et ne inania, inutilia, spe futurae obliuionis nullique vñui addiscatis.

§. 42.

et ad orationem
nem obser-
vanter invi-
tantur acade-
miae proce-
res & ciues.

Vltimo tandem loco, vti iam memini thema orationi inaugurali reseruatum, toti huic commentatiunculae summum pondus additurum, ita, vt fidem hanc datam liberem, simulque munus professoris summa gratia mihi delatum rite auspicer, constitui mecum, oratione illa inaugurali, proximo die 13. Ian. dicenda, statum summorum imperii tribunalium, labascentem eorum auctoritatem, eiusque caussam in deficiente aut peruersa rei imperii iudiciaiae cognitione quaerendam, et, quod Germaniae inde imminet, detrimentum suis pingere coloribus, eumque in finem, VOS, MAGNIFICE ACADEMIAE PRORECTOR, ILLVSTRISSIMI S. R. I. COMITES, PLVRIMVM REVERENDI, ILLVSTRES, CONSVLTISSIMI, EXCELLENTISSIMI ET CELEBERRIMI OMNIVM BONARVM ARTIVM PROFESSORES, VOSQVE demum GENEROSISSIMI AC PRAENOBILISSIMI ACADEMIAE CIVES, COMMITITONES LONGE SVAVISSIMI ET CETERI OMNES LITTERARVM FAVTORES, vt splendida vestra praesentia exquisitissimam auditorum coronam efficere haud deditnari velitis, omni, qua decet, obseruantia enixe rogo. Scrib.

in Georgia Augusta d.

III. IAN.

C I O C C C X X X X V I I I .

Göttingen. DISS., 1748


ULB Halle
004 851 803

3



TH → OL mit Schill verknüpft

ditis, quid
efis, toti-
tractandae
dere Com-
niam no-
ima J. G.
s Statuum
vires meas
m adsequi
rus exhaus-
B.Dn. Clanc.



1748/18a 18
DE
NECESSARIO
IN
ACADEMIIS TRACTANDA
REI IUDICIARIAE IMPERII
SCIENTIA

P. 153.
QVAEDAM PRAEFATVS
AVSPICIA

PROFESSIONIS IURIVM EXTRAORDINARIAE

HORA XI. D. XIII. IAN. CIOCCXXXVIII

ORATIONE IN AVGVRALI
CAPIENDA
INDICIT

JOANNES STEPHANVS PVTTER
L. V. L. ET P. P.

KENFRIED
UNIVERS.
ZVHALJE



GOETTINGAE
APVD A. VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.